



NOTAE.

I.



B Jove Principium, Muse:

Ab eo, ut nos quoque initium capere possemus, fecit V. C. Marquardus Gudius, cujus Antiquarum Inscriptionum Collectio Leovardix An. MDCCXXXI. opera Francisci Hesselii edita, hanc nobis Inscriptionem ex Ligorio petitam suppeditavit. Nollem Ligorii nomen satis suspectum negotium Eruditis iis faceretur, qui a Doctissimis illum Scriptoribus subleita fidei quandoque accusatum, & manifesti etiam mendacii reum non semel deprehensum noverint. Licet enim certum sit Inscriptiones plurimas a Ligorio exhibitas fuisse, quas fictitias esse nemo sanus negaverit, inde tamen haud recte infertur falsas esse, & mendaces quotquot a Ligorio proferuntur; Est enim, ut inquit Hesselius in Apend. Praefat ad eandem Gudii Edit. *ridiculum hoc de omnibus fere suspicari.* Porro nihil est, cur Pisaurensis haec Inscriptio in dubium revocanda sit, quum praesertim amplissimum illi tribuat antiquitatis testimonium vetus aliud Marmor, adhuc in Aula, quam *Banchi* appellant, existens, a Collegio Fabrum eidem *M. Nævio Justo Aedili Curuli* positum, qui Inscriptionem hanc *Jovi Optimo Maximo* dicavit.

IVST. VERISSIMVS. *Verissimi* cognomen non habet Inscriptio basis Statuae eidem *M. Nævio* a Collegio Fabrum Pisaurensium posita, quam Vid. N. XL.

AEDIL. CVRVL. Splendidiore Colonias ambitiose honorifi-

A

rifi-